

## Advertencias para

Cum enim Confessor virtute dicti Iubilaei & Bullae possit tollere reservationem in foro conscientiae, virtute absolutionis, existente nulla absolutione, consequitur nullitas absolutionis ipsius reservationis, praecipue cum Iubilaei & Bullae concedant absolutionem a reservationis non penitentibus absolute, sed vere penitentibus: illi autem qui scienter tacent peccatum mortale, aut non habent debitam contritionem, aut attritionem vere penitentes minime possunt nuncupari. Ex quibus rursus inferitur quod quando Praelati Religionum in aliquibus festiuitatibus concedunt suam auctoritatem, ut eorum subditi possint absolui a casibus reservationis, si ipsi intra tempus concessum omnia peccata reservata confiteantur sine debita contritione, & scienter celato aliquo peccato mortali, minime repaerent liberari a dicta reservatione, & sic transacto dicto tempore tenentur ea confiteri Confessario, non cuiusvis potentia absolueri a mortalibus, sed potentia absolueri ab eisdem reservationis. Et hoc probatur, nam Praelati, ut sit in nostra Sacra Religione, quando similem concedunt auctoritatem, in haec verba pronuntiant. Ut Fratres possitis cum puriori conscientia